



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 18. Aliorum capitum examen circa Scrificium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

retur, nec ullum evidens Scripturæ læ cræ testimonium urgeret, ideo Canonem aut Decretum de eo conficiendum non esse afferebant, nisi prius res saltem a Theologis solerti, ac debita opera fuisset expensa: porro hujusmodi consilia erant Naclantes, ac Dracovizius, & complures ex illis, qui secundæ classis Doctoribus adstipulabantur, ac postea huic assensere opinioni.

§. XVII.

*Quarta classis.*

*Sarp. p. 540.* Denique quarta classis illos complectebatur Patres, qui utramque dissidentium partem quodam moderate, ac via media conciliare nitebantur, cum autem singuli in suo sensu abundarent, ac studiosi essent, ut cujusvis medium a se propositum ceteris prevaleret, hinc inter eos dissensio oriebatur, ac ferme omnes primæ adhaeserunt sententiæ, quinimo plures, qui antea huic opinioni vehementer oblitari videbantur, nunc victas dabant manus.

§. XVIII.

*Aliorum capitum examen circa Sacrificium.*

*Pall. c. 2. v. 13* Postmodum Patres ad alios articulos ibidem discutiendos procedebant, ac

ac præcipue illam quæstionem, utrum Missa in patrio idiomate celebranda, discutiebant? ubi contraria sententia communi omnium suffragio definita fuit, quamvis antea suam cuique opinionem proferendi copia fuisset data: non deerat tamen quidam Episcopus rerum parum gnarus, qui affirmaret, perniciosam haud sibi videri Dalmatiæ consuetudinem, vi cuius post Evangelii Latini Lectionem idem legitur idiomate Dalmatico, ut populi eruditioni sic deserviret: verum huic opposuit Andreas Mocenigus, quod in sua Diœcesi ab hæreticis, cum plurima Ecclesiæ bona occupassent, eorum restitutio oblata fuisset cum certis quibusdam conditionibus, quas inter erat hæc, ut Missa celebraretur in lingua vulgari, hanc tamen dicebat rejectam. His peractis postea, cum ita occasio ferret, ventilabatur illa quæstio: an decretis Doctrinæ eadem, ac Canonibus auctoritas esset tribuenda? porro huic rei adversabantur Fuscararius, & Blancus; dicebant enim, quod diversi in hisce rebus sint auctoritatis gradus, proin sufficiat, si oppugnatoribus inureretur temeritatis, & scandali nota, non tamen hæreseos: verum oppositum suadebat Hosius Reatinus Antistes: sed de hoc maturum, plenumque consilium non est habitum.

*Hist. Eccles. Tom. XLV.*

R. Blan-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

**Sæcul. XVI.**

**A.C. 1562.**

Blanco denique non probabatur quod ad Canones tanquam fidei dogma apponeretur, a Christo collatum fuisse Sacerdotii Ordinem Apostolis per ea verba: *hoc facite in meam commemorationem*; agebat enim, quod consueverunt Concilia veritatem declarare, nec interpretationes præscribere, productis sacrarum literarum, aut Sanctorum Patrum testimoniis. Hæc potissimum in propositis Decretis, & Canonibus observata sunt, conventumque est, ut omnia magis adhuc limarentur, adhibita cura, vi cujus ea, quæ cunctis placerent, illis infererentur, simulque, quæ alicui displicerent, ab eis aufererentur.

§. XIX.

*Cæsareorum Legatorum postulata de usu Calicis ibidem proponendo.*

*Pallav. l. 18.*

*6.3. n. 1.*

*Thuan. hist.*

*l. 32.*

*Ep. Legat.*

*ad Borrom.*

*20. Aug.*

Nondum penitus absolutæ erant questiones de Sacrificio, cum in eodem Patrum conventu alia, eaque difficilior, licet minus ingeniosa moveretur controversia; quippe Cæsaris Legati rursus postulabant, ut Ferdinandi Principis sui petitioni circa Calicis usum satisfaceret; quapropter Papæ Legatorem diutius protrahere haud poterant, & quamvis Borromæus Cardinalis jam antea ad illos pericripisset, quod